

Ung

W-184.

Occipitalia W-184.
Potipin in carmina gratul.
von Dr. W. Z.
(Caspiana u. alij peregrata)
Insta. praesent. ~~184a.~~ 184a.)

VIRO
NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
GOTHARD
WILISCH

Medicinae hactenus Licentiato
et Physico Pirnensi

NEC NON
IMPER. ACADEM. NAT. CVRIOS. COLLEGAE
MERITISSIMO

SVM MOS IN ARTE SALVTARI
HONORES

D. X. APRILIS A. R. S. c13 1500 XXI.

Solenni ritu collatos

gratulatur

ORDO MEDICORVM

Academiae Vitembergensis.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.



Rite qui pugnant, animumque fortem
Comprobant facto, referunt coro-
nam,
Laudibus dignam, meritaque grata
Praemia palmae.

Quique decertat stadio solemnī,
Nullus optatum capiet brabeum,
Ni queat fixam studio tenaci
Tangere metam.

Nec potest quis uictor Olympiorum
Absque conatu temere citari,
Gloriam primam populique plausus
Quo mereatur.

Non secus praefes Studiorum Apollo,
Cuius inuentum celebrantur Artes,
Prouidus semper sua digniori
Praemia donat.

Qui suum doctis animum scienter
Excolit multo studiis labore,
Quem nouem Nymphae toties potarunt,
Nectare dulci.

Hunc iubet Phoebus sapiens honorum;
Quos habet uirtus aditu reclusos
Arduo, laetis manibus cupitos
carpere fructus,

Quisquis exemplum cupis, ecce Nostrum,
Quem suis ornans Hygiea donis,
Addidit Mystis, meritoque summos
Tradit honores.

Dignior nemo poterat uideri:
Namque in abstrusae Physeos, sagaci
Abditas uires penetrando, sensu,
Perficit artem.

Quicquid antiquae Medici priores
Artis in Scriptis docuere, quicquid
Nostra, quae grata nouitate gaudent,
Secula tradunt,

Impigre, nullum ueritus laborem
Cuncta fecisti Tibi nota, ut ortus
Nosse morborum ualeas, et aegris
Ferre salutem.

Ergo, WILISCHI, Tibi gratulamur
Hos gradus summi meritique Honoris:
Summa Doctoris Medici capeffe
Praemia laetus.

Vt grauis lethi rabidos furores,
Arte Phoebæ reprimas, precamur!
Ipse quo semper ualeas, nec ulla
Te mala laedant!



Impigrit, nullum uariis laborum
Cuncta fecisti Tibi nota, ne oris
Nolle morborum ualeas, et aegris
Perire saluem

Ung. VI 184

184



VIRO
NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO
CHRISTIANO
GOTHARD
WILISCH

Medicinae hactenus Licentiato
et Phyfico Pirnensi

NEC NON
IMPER. ACADEM. NAT. CVRIOS. COLLEGAE
MERITISSIMO

SVM MOS IN ARTE SALVTARI
HONORES

D. X. APRILIS A. R. S. c^o 1900 XXI.

Solenni ritu collatos

gratulator

ORDO MEDICORVM

Academiae Vitembergenfis.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

